

X 2124950

Z f
1449

E P I T H A L A M I A

CLARISSIMO ET

CONSVLTISSIMO VIRO Dn.

MICHAELI TRILLERO IV. D.

INTEGERRIMI ET SPECTATISSIMI

Viri Dn. MICHAELIS TRILLERI, Qua-

storis quondam Sangerhusani Vigi-

lantissimi relicto Filio, Nu-

ptias solemnes

C u M

HONORATA ET HO-

NESTISSIMA VIRGINE

MARGRETA SUSANNA, Eximij & Pru-

dentissimi Viri Dn. IOANNIS VOIGTEN,

Quæstoris in Brücken & Consulis Sanger-

husani fidelissimip, m. Filiâ

pudicissimâ.

Ad diem 23. Februarij Anno 1612.

Celebranti.

1918

Ab Amicis consecrata.

P 122



ISLEBII, Typis Gubisianis.







I.

A D

MICHAL: TRILLERUM

I. V. D.

S P O N S V M.



AVDITOR meus ergo tu fuisti,

Cum molleis furor igneus medullas

Didoni Exederet? Bene hercle, tunc vis

Verborum tibi claruit Poeta;

Nunc secreta etiam medulla RERVM,

Postquam RES thalami puella tractat.

Aeneas & Elissa - Dido eandem

Speluncam veniunt, ubi atra turbat

Calis intemperies. Et ipse, si qua

Tempestat Veneris domi forisue est,

Cum tua venias SVS ANNA eodem.

Atque ut ludere parvulum volebat

Aeseam sibi in aula Elissa quondam:

Sic vestra videatis annuatim

TRILLEROS πρὸ θυγατέρας in aula;

Sed & cetera, quae videre nupti

FELICES cupiunt, videre NPTI.

Frid: Taubmanus.

A 2

II. Er;



II

Εργον θεωπέσιον γάμθ' καλόν τε,
Σὺ γάρ θεωπέσιον καλόντε πράτεις
ΤΡΙΛΛΗΡ', εὐνομίας Διδάσκαλ' ἐθλέ.
Ἔργον τῶτο θεῶ μάλις ἀρέσκει;
Ὅς σοι ἠδὲ τῆ πάνολβα Δοίκ.
ΣΟΙΣΑΝΝΗ μάλα δ' αὖ πάνολβα Δοίκ.

M. Erasmus Schmidt/
Græc. Prof. V Vitteb.

III

Sic benè! TRILLERUS jam Nympham am-
(plectitur ulnis,
Atq; puellari calfacit ossa foco,
Quid restat TRILLERE, tibi, quid quaeso
(Puella?
Vobis ut cœptum mox benè cedat opus.
Obenè cedat opus, TRILLERUM voce salutent
Mox TRILLERIOLI & conscia vota beent,

M. Thomas Sagittarius
Professor lenæ
publicus.

IV. Clauē


I V.



(linguam ;
Laude oculos, Livor; compesce, Calumnia,
Et Stabilem, Levitas, fige aliquando gradum.

Quod renuistis enim facto velut agmine, tandem
TRILLERO nuptum pacta puella datur.
TRILLERO quem Phœbus amat, Charitesq; Themisq;
Nec nullis auxit Copia divitijs.
Munera dent aly sponsis aurata novellis :
Ipse, cui res est non ita lauta, precor ;
Hac ut savierit tenus implacabilis Ate,
Accensa litis dissidijsq; face :
At jam Prosperitas, & Amor certaminis experts
Copulet irrupto pectora bina iugo.
Vidi ego sæpè recens turbari mane procellis :
Sed reliquum pulsus flatibus ire diem.

M. Augustinus Preilius, Scholæ cis
Albim illustris Conrector.



V.



(fatigas,
ARMINIS officio quid me, TRILLERE,
Dum celebras locij mellea sacra tori.
An non Taubmanum saturi tibi carminis instar,
Mantua cui Laurum Smyrnaq; nectat, habes?
Dixero Taubmanum, Musarum dixero Phœbum,
Regula qui nostro factus & alpha gregi.

A 3

Ille



Ille potest (quid dico, potest?) solet ille, quod omnē
Ad stomachum faciat, concinuisse melos.
Ille jocos Comum præstat, gravitate Catonem,
Carminē Sirenas, Livor, abesto procul!
Fac, TRILLERE, novus siam Taubmanus, & ædam
Quam mox egregij lactea metra typi.
Hoc tamen addo: Tuæ cytilus sint ora Puellæ,
Tuq̄ petas cytilum grata capella tuum.
Disperam, cytilo si quicquam dulcius isto:
Carpere quem cupiat Iupiter ipse Poli.

M. Mattheus GOTHVS
F. Cher, P. Cæl, L,



VI

DE Nuptiis, quas lucida stellula
Trillere juris, fautor amabilis,
Hac luce rara o macte sorte,
Lætus obis nitidis lapillis:
Hinc iade pridem fama volatilis
Ut cæperat, veri cita nuncia,
Ficti simul, sermone fari,
Dextra – sinistra vago renarrans:
Curæ nec expers tum mea mens fuit,
Quid sit futurum? ceu solet interim,
Excita



Excita mens rumore nostra,
 Ova requirere non reclusa.
 Ast vellit aurem conscia Musa mi,
 Est quàm, monens, certò Deus arbiter
 Rerum, unionis fons maritæ,
 Tàm Rosa erit Michaëlis illa.
 Hæc sensa monstrat Telephilum, invicem
 Erat quod olim lusus amantium.
 Tryllerus ut tentamen urget,
 Telephilon sonat auspicatò,
 Nec quæ vides primordia sumere
 Tardata, prorsus mox puteo incidunt.
 Quin primùm equum constat ferocem
 Non renuisse jugum assuetum.
 Lux ista, quæ pompà celebri virùm
 Testata lecti dat tua foedera,
 Quod dante sint lovâ dicata
 Sponse tibi, tibi Sponsâ - amica :
 Hæc terminans certò creperum exitum,
 Prælagium firmat mihi redditum.
 Lux ista sat sperata cunctos
 Lætitiaë numeros rependit.
 Sponso inde gratans omine prosequor
 Faussto, tori jam jurè iugalia
 Quæ, sacra, Trillerus Themistos
 Luxadiens peragit renidens,
 Ate recedat lætificum decus
 Concordiam turbans socij tori:
 Affletq; Christus Conjugatis
 Perpetui igniculos favoris
 Sicutq;

Sicutq̄ pressi folliculus prius
 Ignem recentem, Telephili indicat:
 Et postmodum his reddat maritis
 Mutui amoris opus probatum.
 Sic scilicet, lævâ capiens manu
 Susanna prensum Telephilon regat:
 Dextrumq̄ tundens sponsus ictum
 Telephilon faciat sonare.
 Sic quot papaver granula parturit
 Cornutum, & hi longo numero exigant
 Annos secundâ iorte Amantes,
 Pignora tot numerentq̄ amoris

*Iohannes Paschasius minister
 Scholæ Patriæ.*

❁ VII ❁
 Ε Π Ο Σ

Ἐπιθαλαμιο - παγκυρικὸν καὶ πῶς μιμητικόν:

Quod bona multa bono congestis dentur acervis:
Si volet inficias ire quis hoc; is eat
Affirmo,, & repeto Quòd multa bono bona dentur:
Iamq̄ meum vivo teste probatur epos.
Et quidni vivat, quem virtus vivida vivis
Victuræ exemplis armat in acta rei?
Annoto TRILLERVM, sponsum iam mergite pleno,
Nobile qui Themidos germen, apexq̄ sacra.

Hic (hæc

Hic (hæc auspicijs sint à me dicta secundis)
 Et pulchrè & variè dotibus auctus adest.
 Quà bona sunt Animi, quà sunt bona corporis, atq;
 Liberis ex voto qua bona cunq; Rej.
 Statq; fides dictis. Nam quà bona Corporis ortu
 Ille bono, atq; bonis provenit ipse bonus.
 Si bona sunt, ut sunt, agnoscere stemmata clara,
 Esseq; progenitum splendidiore tribu!
 Est hic, hic est, & habet bona talia, stemma, tribumq;
 De quo vis qui vis non sit ut iste grege.
 Ecquis enim tractu hoc hominum propè bardus oberrat,
 Cui genus hoc nondum vellicat auriculas?
 Ecquis & ignorat Patrum, clarumq; Parentem,
 Qui juga in officijs nostra replere suis?
 Hoc meliore satù satus est hic ipse novellus
 Sponsus, & hoc ortu gaudet oratq; suo.
 Nec citra genus est virtus in Germine tanto:
 sed decus acceptum fert cumulatq; suo.
 Quà bona sunt Animi: sat & hic dum Pallas, Apollo,
 Sophrosyne, & charites singula contribuunt.
 Ingenium est præstans, sollers industria, candor
 Mixtus amabiliter, judiciumq; catum.
 Quorum remigio tranavit ad ardua honorum,
 Audit, & Eunomie nomine mysta sacræ.
 Iurisconsulti quin Doctorale brabeion
 Emeruit dignè, hoc dignus agone stetit.
 Nec mento, sed mente gerit grave pectus in Equo,
 Hacq; ratum est multos, anticipare senes.
 Ad iuris normam per torta volumina cause
 Pensilis implicitas explicat arte strophas.
 Ad te convertor, Vir consultissime, voto,
 Et tot honoratis, amplificate bonis.


B Cratu-



Gratulor: *Vtq̄ brevis, calidi sic munere versus:*
Sint tibi, sintq̄ alijs tanta brabeia bono.
Talia jam dudum de te mihi mente recepi,
Et versu voti: Nunc iterare lubet.
Cum votis pulchre eveniant jam facta, micetq̄
Splendor adimpletus pristino in augurio.
Qua bona fortunæ: *hic largus quoq̄ suppetit usus*
Rerum, ac in culta fertilitate domus.
Iamq̄ datur plenè: Dum virgo parentibus altis
Magnificâ in thalamos dote superba datur,
Quam sibi præ reliquis selegit amare puellis,
Quamq̄ haud mobiliter deperit igne pio.
Vt jam connubio stabili jungantur ad aram,
Dicanturq̄ novi biga adamata tori.
Nonq̄ erit invidiæ conjunctio tanta ferenda,
Digne adamate Tuâ, digna adamata Tuo es.
Eia bene est. Varijs anfractibus ardor amoris
Flecti; ast deflecti non potis ille fuit.
Quin fors alma suum dedit Anno, pollice presso,
Alba Cupidinei vicit & urna fari.
Gratulor ergo Tibi, Charitum Vir ò enthee, cultor.
Vtilis Astrææ, Fautor amande mihi:
Quod tibi composito socialis federe pacti
Obtingit nutu, tanta virago, Dei.
Cui tua mens—animi devovit tempora vitæ,
Teq̄, & cum toto tempore mentem—animum.
Hæc oculis data pabula, & hæc data pharmaca cordi,
Queis oculos pascas, cor medicere quibus.
Quæ Tibi curarum segetem à radicibus imis
Pectoris evellet diminuetq̄ gravem.
Quæq̄ subibit onus, quod amor, quod pacta marita,
Quodq̄ domus amplæ cura magistra monet.

Biga

Biga maritalis, dictamen amabile, nexus,
 Sit vobis felix nexus amorq; precor.
 Utq; sit, utq; queat, ductrix tutissima vita,
 Sit pietas Helice, sit Cynosura jugi.
 Vivite conjugium, per fœdus nubile, tale,
 Quale quis articulis omnibus optet, eat.
 Flore juventutis, quæ germine floret utriq;
 Et vos & vestros profubigatis avos.
 Ritè frequentetur vester torus ordine vivo
 Pignoribusq; novis, obsidibusq; pijs.
 Qui magnum Patrum referant, clarosq; Parentes,
 Et vos & vestros, emula turba, sonent.
 Pax bona vos firmet, furys procul absit Alecto,
 Tisiphoneq; ferox exulet hoc thalamo.
 Calculus & vitæ mitem mittatur in Urnam
 Faustus ad aëta soli, faustus ad aëta poli.
 Sic Animâ salvi, tranquilli Mente, feraces
 Corpore & incolumes, sorteq; lauti eritis.
Sic bona multa bono congestis dantur acervis:
 Sicq; erit hisce bonis tanta quadriga boni:



Ἐποδοσίσιον.

TriLLerVs CLarVs DoCtor, qVe sVsanna
 (LIgant Vr:
 IVncta Vt bls DenIs terila LVX febrVI.

Casparus Detzschelius Scholæ
 Patriæ Collega.

B 2

Fingitur

VIII.

Ringitur antiquo cæcus de more cupido
 Quem diua in terras Cyprogenia tulit,
 Scilicet igniferis ludit sæpissimè telis,
 Quis (mirum) medijs utitur in tenebris.
 Scilicet obscuro ferit intima vulnere corda
 Corda cupidineis debilitata malis.
 Hinc est omnis amans cæcus, ceu dicitur, hinc est
 Circum oculos, circum pectora cæcus amans
 At quis te vocitet cæcum Clarissime Sponse?
 Quis nisi dum talpâ cæcior ipse foret?
 Cum veniat gratos gratissima sponsa ad amores
 Quam gratus grato pectore sponsus amas.
 O te felicem: quis non tibi jungere vota,
 Quæ fero devoto pectore vota, velit?
 Alma Trias faveat votis (qui plura voverem?)
 Sponse novelle tuis, sponsa novella tuis.


M. Stephanus Mogius, Sangerhusanus.

IX.

AT conjugator castus amantium,
 Tandem secundos reddidit exitus
 Latentis ignis, & peractis
 Muneribus decus arrogavit.

* Hæc

Hæc cura lovæ prima, Quiritium
 Custosq̄ præsto est celicolûm manus
 Spectanda & Eois canenda
 Partibus Oceanoq̄ rubro,
 Nam nec Chimæaræ spiritus igneæ
 Nec, vel potenti centimanus Gyges:
 Divulsit astû quos beare
 Connubio Deus auspicato
 Prægestiebat, sic stygis aufugit
 Laborq̄ tristis curaq̄ provida
 Quis dissipare vult amorem
 Terrigenum, Deus unus arctat
 Devota amoris pectora libero,
 Firmatq̄ amico foedere conjuges
 Intaminatos, & parentes
 Ancipiti levat à ruina.
 Et dissipatis in super anxîs
 Curis, secundat quos per amaverat,
 Foetu sacro conjugali
 Scilicet agmine parvulorum,
 Ad mensam ñdem ludere gestiunt
 Curasq̄ divûm protinus amovent
 Tristes parentum: grex pusillus
 Delicîs avet educari.
 Hic parvulorum blandidulus chorus
 Ornat parentes; atq̄ parentibus
 Ornatur: hinc titillat omnis
 Gloria gloriolæq̄ virtus.
 Nemo ergo diris devoveat malis
 Hunc parvulorum dulciculum gregem,
 B 3 Ne



Nepignus illud conjugalis
Dedecoret thalami luave,
Hoc pignus ut sit conjugij ratum
TIBI iacراتi grande decus chori
Præcelse Doctor vota sunt
Hæc mea; quæ rata lova taxit.

Honoris & amicitie Ergo F.

Johannes Montopff / Sang: S S.
Th: Studiosus.

X.

AN jura Baldus te docuit dare
Vestio, vel Azon virgineo choro,
Præclare Pelignæ & Pelasgæ
Legiferæ & Themidos Sacerdos?
Catus decoræ Cypridis an puer
Spiculis venenatis vos quoq; potis
Iusti tenaces vulnerare?
At Decus Deus imperavit.
Dedere collum Bartolus, inclitus
Baldusq; credo, spumigenæ jugo.
Non mira, si vicit SVS ANNA
Te quoq; MARGARIS, unioq;
Pactoli opes, cunctam & superans Tagi
Gemmam, Sulannæ prædita dotibus:
Laudo tenorem, ferre noctis
Hæc fera frigora res molesta est:

SVSAN.

S V S A N N A te nunc calfaciet satis,
 Folles agas fortis quoq; jugiter:
 Sic fabricabis copiosam
 Ex sacra subolem marita:
 Ivoah iuuet, vos Cynxia perpete
 Nuptos juget nunc glutine conjugij;
 Sint filij, sint filia, mens
 Vna sit, uua fides, amorq;

Andreas Ionus Phil.
 Stud. Viteb.



X I.



veniendo Venus nomen sortita putatur:

Iure, meum si quod iudicium esse potest.

Si vivere anni, si Daphne tempora circum

Venit docta, Venus tum quoq; pulcre venit.

*Nam facilis D. E. V. Silla cluit, nec voce vocari
 Vult multâ socia hæc agmina signa videt*

Idq; vel Exemplo Trilleriada ire probatum

Possum, non semper nota probare nefas.

Hebe cui postquam iuvenilia robora didit,

Doctorisq; decus Iuris in æde Themis;

Et Venus advenit nunquam fors ante vocata.

Diva tura feres, vota rata ut referam.

Cum Venere & Veneres veniant & multa pusilli

Turba gregis Pax ac inveteratus Amor.

T. Excell:

Observantiss:

Michael Reichardt,
 Vitebergensis.



Don. 2 of 1449.

QX.


von



x2


EPITHA
CLARISS
 CONSVLTISS
 MICHAELI TR
 INTEGERRIMI ET
 Viri Dn. MICHAELI
 storis quondam S
 lantissimi reli
 ptias fo

HONORAT
 NESTISSIM
 MARGRETA SUSA
 dentissimi Viri Dn. Jo
 Quæstoris in Brücken
 hufani fidelissi
 pudici
 Ad diem 23. Febr
 Celeb
 1918 Ab Amicis
 ISLEBII, Ty



TIPPEN® Color Control Patches
 © The Tiffen Company, 2007

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black



f 49

